

Exprimitur hoc Psalmo animus hominis pijs, vehementer, propter desolationem & calamitatem populi Dei, ac ciuitatis Sion, cuius personam coram Deo agit, mæsti ac consternati, ideoq; & precatorem suam anxij querimonij refertam ad Deum pro reparanda Sion effundentis, denique & de accessione gentium vaticinantis, ac tantam populi Dei prorogationem petentis, vt eam felicitatem Sionis, quam futuram sperat, coram cernere queat: sin secus, orantis, vt posteritas seruorum Dei eam ciuitatem inhabitet, & coram Domino feliciter agat. Apparet eundem esse spiritum luctus hoc Psalmo expressum, qui fuit in Hieremia, cum in Threnis suis vastationem populi Dei ac Sionis deploraret.

VERS. I.



DOMINE, audi precatorem meam, & clamor meus ad te veniat.

2. Ne abscondas faciem tuam à me, in die angustie meae inclina ad me aurem tuam: quo die inuoco, accelera, responde mihi.

EXPLA-
NATIO.

Nihil variationis est in lectione horum versuum. Nec sensus illorum aliquid habet obscuri. Anxiè orat ad Deum, vt se precantè, clamantem, & inuocantè exaudiat.

1. Domine, inquit, audi precatorem meam. Et vt exprimat, quàm non leuem aliquam, sed anxiam, & vehementi dolore extortam orationem faciat, addit: *Et clamor meus ad te veniat.* Vocat autè clamorem, non oris vociferationem, sed anxios cordis gemitus & ardentissima suspiria & vota, qualia Moyses erant Exod. 14. de quibus dicebat Dominus: Quid clamas ad me?

Non abscondas faciem tuam à me. 2. Nota est hæc loquutio in Psalmis, sicut & illa quam subiicit: *Inclina ad me aurem tuam:* deniq; & quod dicit, *Responde mihi.* De Deo Scriptura humano more loquitur, quasi de rege quodam potentissimo: datq; illi faciem, aures, vocem, &c. Cum tamè stultus sit oportet, si quis illi, quod Anthropomorphitæ faciebât, esse putet humana mēbra, cū sit spiritus: Ioan. 4.

Abscondere faciem ab aliquo, est illum non solùm negligere, sed & detestari & abominari. Conscijs ergo, quàm non sit dignus, qui à Deo respiciatur, dicit: *Ne abscondas faciem tuam à me.* quod nihil est aliud, quàm, *Ne despicias vilitatem & humilitatem meam.*

Ad cōmiserationem facit, quòd dicit: *In die angustie meae.* Licet enim indignus sit homo in se, quem Deus respiciat: adeò tamen misericors est Deus, vt nequeat non miserari hominis adflieti & angustati. *Diem angustie,* non intelligit vnum tantùm diem, sed totum angustie & tribulationis tempus.

Clementiam Dei implorat, cum dicit: *Inclina ad me aurem tuam.* Loquitur in similitudine regis qui adeò sit clemens, vt querelas suorum patienter ac benignè admotis auribus audiat.

Accelera, inquit, responde mihi: vel, *Velociter responde mihi.* Respondere inuocanti & clamanti, est annuere & opem polliceri. Quod petit, vt hoc properè ac velociter fiat, magnitudinem & vehementiam angustie exprimit, quæ tanta sit, vt citissimam opem efflagitet.

OBSER.

Vers. 1.
Qui in tēplis
non Deo, sed
vāri seruiūt,
non admodū
curant, au-
diantur ne,
vel non au-
diantur
ipsorum pre-
ces.

Domine audi precatorem meam. 1. Expendendum hīc est, quanti faciant sancti benevolentiam hanc Dei, qua orantes & clamantes ad se audit. Non solùm orant ad Deum, vt adiuuentur: sed id cum primis orant, vt orantes & clamantes audiantur: sicut hoc præfenti & multis alijs locis videmus. Etenim sciunt, quàm sit mirabile & stupendum, rationique humanæ incomprehensibile, audiri hominē à Deo. Deinde, non ignorant non esse salutem, nisi à Deo. Tertiò, qua sunt in illum fide, ita ab illius bonitate pendent, vt sperent eum clementer audire vota & preces adflctorum. His rationibus mouentur, vt cum primis audiri se à Deo precentur, maximè quòd spe bona ducantur, non negaturum eum auxilium, si preces inuocantium se audiat.

Et clamor meus ad te veniat. 2. Notandum est genus hoc orationis, quòd hīc clamorem vocat. Non est eiusmodi quorumlibet orationum precatio, vt clamor vocari possit. est autem eorum, qui sensu periculorum pressi, ex angustia cordis ingemiscunt & suspirant. Vocem enim non moratur Deus, sed cordis affectus, qui illi clamoris loco habentur.

OBSER.

Vers. 2.
Faciem suam
Deus ab hu-
milibus &
tribulatis
non auertit,
sed hos cle-
menter respi-
cit. Esa. 66.
auertit autē
ab impijs.
tentibus &
impijs, quan-
sumuis illi
aerent.

Ne abscondas faciem tuam à me. 1. Notanda est hæc tentatio. Deprecatur quòd timet. Deprecatur autem contemptum sui, & auersionem faciei Dei. Igitur metuebat, & secundum carnem etiam sentiebat, sic iratum esse Deum, vt faciem à se absconderet. Tentationis huius vis ingruit, dum cogitamus illum esse excelsum, nos humiles & abiectos illum esse omnium iustissimum, & iustitię vindicem seuerissimum: nos iniustos, peccatores, & condemnandos. Videmus igitur etiam sanctos huiusmodi cogitationibus sic obrui, vt anxie metuant, ne Deus faciem suam ab ipsis abscondat: vt nemini debeat insolens videri, si tentatio hæc imbecillium animos diuexet.

In die angustie meae. Quid sit mentis angustia, notius est, quàm vt sit admonendum, illis præsertim, quorum corda carnea sunt, non lapidea. Videtur autem sapientibus huius Mundi, parum conuenire viro bono ac sapienti, vt anxius animi reddatur. Verùm nos hoc & multis alijs locis videmus, non esse id alienum à pijs ac sanctis.

2. Deinde notandum est, quòd non simpliciter dicit, *In die angustie:* sed addit, *Meae:* cum tamè, sicut in sequentibus patet, non priuatam calamitatem hoc Psalmo, sed publicam populi Dei & ciuitatis Sion deploret. Exprimitur igitur his verbis zelus populi Dei vsque adeò vehemens & ardens, vt illius vastitatem non secus, quàm si se priuatim concerneret, deploret, ac restitutionem publicam perinde atque propriam felicitatem exoptet.

Inclina ad me aurem tuam. 3. Obseruandum hīc est, quomodo à Deo audiri petat. Simpliciter multa audimus, ad quæ tamen aures non inclinamus. Igitur non hoc petit, vt simpliciter audiat, (alioqui quid cogitari, nedum dici potest, quòd Deus non audiat?) sed vt clementer, & cum benevolentia audiat. Benevolentie huius indicium est, si quis inclinatis auribus audiat. Sic enim solemus

... audire p
... cordiam flebit,
... Quo die inuoco
... quom, quo ciu
... impetantur,
... moditenta
... nationem nota
... Deo quod d
... Quonia
... Percussio
... mem
... Pra voce
... Similis
... Vigilo,
... Singulis
... Quia cin
... A facie
... Dies mei
... Volu toris,
... Sicut toris,
... Percussio est,
... Adherent ossa
... Hieronymus,
... Similis sum pelica
... Sicut bubo,
... Illud me mibi,
... Chaldeus: Blasph
... me Sic & Pagni
... & Pagn. Chal
... Cohærent illi
... nolem quam id
... responde mihi, Quare
... me carni mea, f. flu
... huius in cinere & fle
... tor, & in tantis
... equam profus
... Adnectit autem
... la, unde fuerit inf
... inquit, consumpti su
... oculos tamid
... quod vbi euauit,
... non depingere, in
... licium super sit.
... Deinde, vt ari d
... spiritum tristem in
... mi igne adusto.
... Versu 4. vitor f
... e cui cor meum sic
... meum: præ meo r
... tate esse est, si ill
... Versu 5. vbi qua
... me gemitu mei. In g
... carumens.
... Versu 6. similitu
... nequeat vnam p
... pteas scribitur, qu
... hem suam à ser p
... proprio sanguin
... palatibus ac d
... coningit, sola conf
... nim collo aquæ
... per esse. Dufæ, o
... quæres audiebat
... dicitur, sicuti solen